



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac  
Summa Potestate Rom. Pontificis**

**Wesseling, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1662**

XI. Selimvs I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

X.

## BAIAZETES II.

Filius Mahumetis II. natus anno 1446. cum Sultano Alcairi, & Venetis plurima instituit bella, at non pari semper successu Christiani quippe magnas ei sæpè clades intulerunt. Et ideò ab eorum fundendo sanguine se se continuit, adeò ut contra Augustissimam Domum Austriacam nondum manum extendere ausus fuerit, sed & Imperatorem, & Regem Hungariæ in honore, & timore habuerit. Obiit an. 1512. postquam vixisset annos 76, & regnasset 31. *Aurifod. pag. 1699.*

XI.

## SELIMVS I.

Filius Bajazetis II. Anno 1414. Persidem ingressus Metropolim *Taurim* occupavit, percussit Regem Ismaëlem, ac deinde Regem Cappadociæ fugavit. Post hæc in Ægyptum se contulit, Syriam, & Alcairum occupavit, duos Sultanos prostravit, ac demum vastum, & nobile illud regnum subegit. an. 1520. plusquam centum millibus Christianorum prostratis, fugatis, & captis, obiit in reditu victor, & gloriosus, cum 8. annos regnasset, & mundum terrore replevisset.

XII. SOLI.